Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40196
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Est et alius casus in quo sacerdos
non ligare nec soluere potest suum
parochianum ut si sacerdos in sua p
rochia aliquam corrupit nec sua au
dire confessione nec iniungere ei penitenciam
potest Nulla enim confessio sine erubes
cencia dicit etc Illa vero mulier coram
suo corruptore non erubescet Idem
est iudicium si in aliquo crimine par
ticeps fuit sui subditi ut in furto
vel homicidio vel rapina vel in car
ta falsa vel similibus Nec tamen talem
subditum ad alium vicinum sacerdotem
mittere potest Omne enim ius quod contra eos
habuit amisit Sicut si medicus a servo
sibi commisso venenum propinaverit da
ret illam decreto illius egroti habere
curam deberet Similiter sacerdos qui
subito mortalis peccati venenum nul
lam decreto potestatem habebit et sicut
mulier que castitatis pudicitiam suam exponit
et relinquit ipsum decreto cum omne
quod contra eos habuit ius demittit et filium re
petere non potuit Sic nec sacerdos ta
lem reputet preterea Sacerdos quod
vicinus auctoritate vel licencia sacer
dotis qui peccavit illam tamen illum
vel illam potestatem absoluendi uel
ligandi et ita sepe sine penitencia re
manet et confessione Nichil ergo
restat nisi ut tales ad prelatum superiorem
accedat et ab eo penitenciam accipiat //

Item notandum quod non est confitendum
per scriptum Quia dicit apostolus Corde
creditur ad iusticiam Ore autem confessio
fit ad salutem Et psalmus ait Confite
bor domino nimis in ore meo Legitur
tamen quod rex Karulus tale crimen
commiserat quod confessori suo confiteri noluit
nec alii sacerdoti Angelus autem ide
crimen scripsit quod beato Egidio tradidit
Sanctus autem Egidius Karulum acces
sit et ei quod occultum credebat ondit
et ita Karulus penituit Fuit tamen
istud miraculosum nec est ad consequen
ciam trahendi Item contigit quod quedam
mulier litterata enorme crimen commisit
et suo sacerdoti confiteri noluit Unde
sacerdos dolens precepit quod peccatum illud
scriberet et bene consignatum super altare
in ecclesia faceret in terra postea tria
vel quarta die sacerdos mortuus
est mulier autem de nocte consurgens
ad sepulchrum sacerdotis cucurrit di
cens Proditor quid de scripto meo
fecisti alicui tradidisti qui apparuit
et crimen meum legit Et venit vox
de sepulchro dicens vade ad altare ubi
posuisti scriptum tuum et invenies in
tegrum Cum fecisset et scriptum appa
ruisset id est ex toto invenit vacuum
et sic patuit quod crimen ex toto fuit de
letum per talem confessionem Item alius
sacerdos dixit parochiano suo cri
mine quodam confiteri nolenti Scribe peccatum